

QUÆSTIO XXII.

Quare non explicetur à Christo Domino, quoniam sit hæc consolatio promissa lugentibus?

153. Ratio difficultatis.

In aliis beatitudinibus assignatur à Domino præmium, pauperibus spiritu regnum cælorum, mitibus terra viventium: at lugentibus consolatio pollicetur; non tamen explicatur, quæ, & qualis sit hæc consolatio, sicut dicitur regnum cælorum. Cur non dicitur, qualis sit hæc consolatio cælestis, an terrestris? animi, vel corporis?

154. Isaac Presbyter.

Dubium hoc eleganter attigit, & solvit. S. Isaac Presbyter. lib. de contemptu mundi, habetur in Bibliothec. tom. 7. part. 2. Quoniam ipsi consolabuntur: non expressit quam consolationem. Et paucis subiectis ait: Auxilium autem, quod sit ex lachrymis, nemo novit, nisi illi qui huic operationi suas animas tradiderunt. Qualis sit pauperum merces, mitium suavis promissio verbis dici, & dictis explanari potest: at lachrymarum suavis, lugentium præmium, non sermone aperiri valet, sed solus ille agnoscit, penetrat, & assequitur, qui huic sancto studio deditus est, & ipsa experientia sentitur; quod verbis exæquari nequit.

155. Apocal. 21.

Videt Joannes cælum apertum, & audit vocem magnam, dicentem: Abstergit Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Apocal. 21. n. 4. Vox cælestis explanat Sanctorum gloriam, & felicitatem: & de lachrymantibus ait, quod in eis non erunt terrena pressura mortis, luctus, clamoris, ac doloris, quæ omnia ex primi parentis prævaricatione provenerunt, tibi satis doctè explicat Primasius. Sed cur his contenta vox illa sublimitatem, visionem, fruitionem, ac delectationem? Sanctorum Martyrum insignia, ac stemmata in gloria explanat Joannes: Vidi animas interfectorum propter verbum Dei, & data sunt illis singule stola alba, Apocal. 6. n. 9. De virginibus testatur idem Evang. Virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocumque jerit, sine macula enim sunt ante thronum Dei, Apocal. 14. n. 5. Cur etiam de lugentibus non dicit quali gloria munerentur, sed ait: Luctus, clamor, & dolor non erunt amplius? Quibus afflictionibus, & pœnalitatibus, Sancti lachrymantes sint superiores, & à quibus jam evaserunt, sermone dici potest: at eorum gaudia, dulcedines & suavitates verbis assequi non possunt, sed solum experientia apprehendi, plus enim in his hauritur affectu cordis, quam effectu oris valeat eruclari. Huc advoca D. Chrysostrum homil. 12. in Epistol. ad Coloss.

156. Genes. 32.

Luctatur Jacob cum Angelo, Qui benedixit ei in eodem loco, Genes. 32. n. 30. Sed in quo cum benedixit? Quid datum est in hac benedictione? Quid Isaac ipsi Jacob dedit in sua benedictione, planè explicat Scriptura: Serviant tibi populi, adorem te Tribus, &c. Gen. 27. n. 28. Quid Jacob

157. Ratio difficultatis. Ad Phil. 4.

concesserit suis filiis, dum ageret jam ultimum spiritum, eis benedicens, aperte narrat Scriptura, Gen. 49. Quare ergo non proponitur, quid hæc Dei benedictio luctantis, ut vult Chrysostrum, importet: Oseas Propheta, ut voluit D. Hieronymus, Rupertus, & alij, explanat, quod hæc lucta, & contentio perpetrata fuerit gemitibus, & lachrymis? Invaluit ad Angelum, & confortatus est: flevit, & rogavit eum, Osee 12. n. 4. Et licet dona, quæ aliis benedictionibus dantur, verbis valeant aperiri; tamen ea, quæ lachrymæ important, aded magna, & præcelsa existunt, ut nullo sermone exprimi possint.

158. Chrysostrum. Luc. 6.

Quæstio XXIII. Quare Christus Dominus lugentes prædicat beatos, cum Apostolus præcipiat semper esse gaudendum?

Quæstio XXIII. Quare Christus Dominus lugentes prædicat beatos, cum Apostolus præcipiat semper esse gaudendum?

QUÆSTIO XXIII.

Quare Christus Dominus lugentes prædicat beatos, cum Apostolus præcipiat semper esse gaudendum?

Quæstio XXIII. Quare Christus Dominus lugentes prædicat beatos, cum Apostolus præcipiat semper esse gaudendum?

Quæstio XXIII. Quare Christus Dominus lugentes prædicat beatos, cum Apostolus præcipiat semper esse gaudendum?

Quæstio XXIII. Quare Christus Dominus lugentes prædicat beatos, cum Apostolus præcipiat semper esse gaudendum?

Quæstio XXIII. Quare Christus Dominus lugentes prædicat beatos, cum Apostolus præcipiat semper esse gaudendum?

Chrysostrum. Hieron. Rupertus.

Osee 12. Dona quæ lachrymas imperant, magna valde.

157. Ratio difficultatis. Ad Phil. 4.

158. Chrysostrum. Luc. 6.

Luctus ex peccato gaudium ex Deo.

159. Chrysostrum. Ex nostris cognitione, luctus ex Deo consideratione gaudium.

160. Euthymus.

Post luctum suavis gaudium.

tranquillitas, ita quanto copiosior fuerit imber lachrymarum, & vehementior animi compunctio, tanto majus, & pericundius gaudium erit. Et ideo Apostolus non solum dicit gaudendum, sed per repositionem hoc commendat: Iterum dico.

161. Anselm. Bionio.

Chrysostrum. Euthymus. Donum ex lachrymis perpetuum, & stabile.

162. Chrysostrum. Augustus. Hieron. Brunon. L. Thom. Plalm. 137. Quod in lachrymis fundatur, maxime curat. S. Euthymus.

Quintò. S. Anselmus, & B. Brunonius ad citatum locum Apostoli inquirunt; quod Paulus commendat gaudium perpetuum, & stabile. Quod colligitur ex repetitione, Iterum dico Gaudete, Chrysostrum, & Euthymius citati testantur, quod hoc gaudium Apostoli oritur ex luctu, quem Christus beatorum prædicat, non qualescunque gaudium, sed durabile, & permanens nobis inculcat Apostolus, nec aliud potest lachrymis, & fletu pullulare, & nasci, cum bona, quæ diu consistunt, & perseverant, in luctu, & planctu fundentur, & radicentur.

De Ecclesia ait Regius Vates, & explicant D. Augustinus, S. Hieronymus, S. Brunonius, S. Thomas; Ipse super maria fundavit eam, Plalm. 137. n. 2. Sed cum Ecclesia sit fundata firmiter, stabiliter per omne sæculum, ut ipsemet Regius Vates ait Plalm. 27. n. 7. Deus fundavit eam in æternum. Quod fundamentum columinis aneis folcitur ad tantam eligitur stabilitatem? Mare, ait ipse Plalmes, Mare magno impetu fertur, & minime in uno loco consistit. Aqua maris salta est lachrymarum adumbrans, ut habes in multis Scripturæ locis. Eleganter S. Euthymus Noviom. Episcopus homil. 11. Super fluenta lachrymarum Justorum fundavit eam. Ut enim Ecclesia diu tuta consisteret, ac perseveraret, nullum majus ac nobilios fundamentum supponi poterat, quam lachrymæ Justorum.

Matth. 7. n. 6. Beati qui esuriunt, & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

VERSIONES.

Syriacus. Beati illi, qui esuriunt. Arias. Beati, esurientes, & sitiientes. Maldonatus. Esuriunt, & sitiunt propter justitiam.

ALTER TEXTUS.

Luc. 6. num. 21. Beati, qui nunc esuritis, quia saturabimini.

EXPOSITIO.

163. Ambrosius.

Ubi contritio, ibi non est justitia fastidium.

Paschalis.

PRONDERANDUS est ordo, quem Dominus tenet in beatitudinibus prædicandis. Quod eleganter observat D. Ambr. lib. 6. in Luc. Ordinem prosequatur, ait, peccata deposita, temperavi mores, delecta a seculi, survive incipio, & stare justitiam. Post fletum, & lachrymas ponitur esuries, & sitis justitiam: nam ubi primum homo se diffundit in lachrymas ac vera contritio dolet, non amplius fastidium, sed famem habet justitiam. Quod etiam eleganter dixit D. Paschalis lib. 3. in Matth. Primum dum Sylvira in Evang. Tom. 1.1.

ager gravi premeatur morbo, esurire nequeat, quia bona vita fastidium justitiam sum, esurientique pellebat. At ubi sanus factus est per contritionem, jam esurire incipit.

Beati, qui esuriunt. Sed ut ait Simon Cassianus lib. 10. cap. 7. Unde Beati? pro eo quod justitiam esuriunt, & sitiunt. Esuries, & sitis hoc loco non sumitur pro corporali, sed pro spirituali. Amos 8. n. 11. M. itam famem in terram; non famem panis, nec sim aqua, sed audiendi verbum Domini. Ecclesiastici 24. n. 29. Qui esurit me, aabuc esuriens, & qui bibit me, aabuc sitient. Indicat ergo hoc loco esuries, & sitis vehemens desiderium, ut docent D. Hilarius var. 2. D. Hieronymus in Hieron. Comment. D. Cyprinus Epist. 63. D. Ambrosius in lib. 6. in Luc. D. Augustus. 1. b. de serm. Domini in monte. D. Chrysostrum hom. 13. D. Leo se m. de omnibus Sanctis, & serm. 2. ac Quadrages. S. Leo. Prosper in Plalm. 102. D. Gregorius Nyssenus in lib. de beatitud. Concion. 4. S. Calarius Arclaten. homil. 22. D. Paschalis lib. 2. in Matth. D. Bernard. serm. 1. de omnibus Sanctis. Theophylactus. Euthymius, Beda, Albertus Magnus, S. Thomas. Et hoc aperte colligitur ex textu. Non dixit Christus: Beati, qui servant justitiam; sed qui esuriunt, & sitiunt, quod dicit desiderium.

Et notandum, quod prius Dominus ponit esuriam, & postea sitim: distinguuntur enim quasi perfectum ab imperfecto; nam esuries majorem dicit imperfectionem, & difficilius, ac laboriosius expellitur; sitis verò facilis, ac delectabilis. Quod ponderat D. Bernardus serm. 2. de Annuntiat. Verumtamen, ait donec sapit tibi esuriam, non sine difficultate ad interiora transigitur. Ubi vero cæperis in ea oblectari, jam non cibis, sed potus est, & sine difficultate intrat in animam, quo videlicet spiritualis cibus intelligentia, potu sapientia digeratur. Nā quævis in exordio virtutis aliquid laboriosum, & difficile offeratur, tanquam postquam iter arripitur, omnia maxime suavissime exhauriuntur.

Justitiam. Quid justitia nomine hic denotatur? Primum significatur omnis virtus, & sanctitas. Ita D. Gregorius Nyssenus, D. Hieronymus, D. Augustinus, & alij. Nā passim sanctitas, omnem virtutem importans, justitia nomine dicitur. Et ita hic sumitur inf. à: Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Et ideo hæc expositio mihi probabilior, ne in tam brevi cõextu justitia diversimodè sumatur. Et ita Beati sũt illi, qui affectant, & desiderant omnem virtutem, & sanctitatem. Et ideo non dicit: Beati, qui esuriunt, humiliat, & patientiam, quæ sunt partes justitiæ, sed qui esuriunt totam justitiam; non enim sat est, si in uno vel altero justus sis, nisi in omnib. justus fueris.

Secundò, ut voluit D. Chrysostrum, Euthymius, Theophylactus, D. Paschalis, Hugo, Caetan. D. Thomas, Rupertus, Maldonatus, Beati, qui patienter habent famem, & sitim, quia illius justitia nõ servatur, sed contra justitiam bona eorum diripiuntur; quales sunt iniuste damnati, qui bona sua perdidierunt; quales sæpe sũt pauperes, viduæ & orphani. Et ut Maldonatus hanc sententiam corroboret, condat, legendum esse ex Græco, Esurium, & sitium propter justitiam. Sed contra hoc urget, quod nec nostra Vulgata, nec aliquis Ecclesiæ Pater legit.

164. Cassianus.

Fames, & desiderium. Amos 8.

Ecclesiastici 24.

Hilar.

in Hieron.

in Ambrosio.

in August.

in Chrysostr.

in Prosper.

in Nyssen.

in Cal. Arclat.

in Paschaf.

in Bernat.

in Theophyl.

in Beda.

in Albert. Mag.

in D. Thom.

in 165.

in via virtutis.

in 166.

in 167.

in 168.

in 169.

in 170.

in 171.

in 172.

in 173.

in 174.

in 175.

in 176.

in 177.

in 178.

in 179.

in 180.

in 181.

in 182.

in 183.

in 184.

in 185.

in 186.

in 187.

in 188.

in 189.

in 190.

in 191.

in 192.

in 193.

in 194.

in 195.

in 196.

in 197.

in 198.

in 199.

in 200.

in 201.

in 202.

in 203.

in 204.

in 205.

in 206.

in 207.

in 208.



168. Maximus Chromat. Haymon.

Gaudent. Beati qui habent famem Christi in Eucharistia.

August.

169. Psal. 16.

Luc. 14.

Tolet.

Quartò. Moraliter per iustitiam intelligunt Christum Dominum. D. Maximus homi. 4. de jejuniò, Chromatius, Haymon. Maximè beati sunt illi, qui cum vehemènti aviditate, & desiderio Christum sumunt in cœlesti pane Eucharistia. S. Gaudentius tractat. 2. de Paschæ observatione. Præcepit Dominus, ait, ne lento corde, & ore languido sacramentum Domini corporis sumamus, & sanguinis; sed cum omni aviditate animi, quasi verè esurientes, & sitiens sitiam. Beati, ait, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. D. Augustinus serm. 14. de Martyrib. Interior homo noster, ait, suriat, & sitiat; habet enim cibum suum, habet potum suum. Ego sum, inquit, panis, qui de celo descendit.

Ipsi saturabuntur; æterna beatitudine, consummatæque sanctitate, ac iustitia, & omnibus bonis spiritualibus, quæ in celo dantur. Psal. 16. n. 13. Satiabor, cum a pauperis gloria tua. Saturabuntur etiam in secunda, & tertia sententia; ipse amet virtute; quia virtus sola sibi pulcherrima merces est, ac ipsa gratia, quæ cum magno augmento datur bene operantibus. In quarta verò sententia saturabuntur ipso cœlesti pane, quem avidè desiderant. Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. Luc. 14. n. 15. Illud ultimò hic adverte, quòd diversa est sententia Matthæi, & Lucæ: nam Matthæus loquitur de esurie, & siti spirituali, Lucas verò de corporali, & tunc dicuntur beati, qui ob Deum sustinent incediam voluntariam. Vide Toletum ibi not. 26.

QUESTIO XXIV.

Quare Christus Dominus in aliis virtutibus beatificavit actum, in iustitia tamen desiderium?

170. Incidens dubium.

ER hanc phrasim loquendi, Esuriunt, & sitiunt iustitiam, denotatur vehemens desiderium iustitiæ, ut dixi ex Patribus in expositione. Et obiter interrogari potest: Cur Dominus hac metaphorica locutione est usus; & apertè non dixit: Beati, qui desiderant? Multi enim reperuntur, qui cum sint in peccato mortali, desiderant virtutem; & tamen cum rebus mundanis delectantur; ac cum eis quiescunt. Illi ergo dicuntur beati, qui sicut illi, qui esuriunt, & sitiunt cibum, & potum, cum nullo alio recreantur, nec quiescunt nisi cum ipso cibo, & potu; ita illi, qui verè affectant iustitiam, in nullo alio inveniunt requiem, ac delectationem, & consolationem, nisi in ipsa. Et hi à Christo Domino beatitudinis vocabulo nobilitantur.

171. Difficultas.

Quæstio præsens est: Quare Christus Dominus in aliis virtutibus beatificavit actum; ait enim, Beati pauperes, beati mites, beati lugentes; non enim dixit: Beati, qui desiderant paupertatem, mititatem & lætitudinem; sed, Beati pauperes, mites, &c. At in iustitia non dixit; Beati, qui servant iustitiam sed qui esuriunt, & sitiunt; hoc est, vehementer desiderant. Cur ergo hic tantum desiderium extollit, acquirunt in suis?

172.

D. Thom.

Respondeo primò, quòd una perfecta virtus dari potest in hoc sæculo, ut paupertas, mititas, &c. ait, D. Thomas hoc loco, perfectam iustitiam in mundo habere non possumus. Quia si desideramus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos fecimus, 1. Joan. 1. n. 8. Quasi pannus mensuratus, 1. Joan. 1. n. 8. Quasi panna mensurata, universa iustitia nostra, 1. Joan. 1. n. 8. Sed hanc habemus in celo; sed desiderium iustitiæ possumus hic habere. Idem docent Cajetanus, & Hugo.

Magna Domini clementia; id enim exigit à nobis, quòd præstare possumus; & quia cum nobis miseris in seculo; & peccatorum miseris infecti, non potest nisi iustitiam, quæ dicit consummatam sanitatem; ideo tantum desiderium, quòd præstare, ac perolvere possumus, petit, & exquirat.

Secundò, Quia qui aliquid vehementer desiderat, se illud non habere agnoscit, & toto affectu ad id obtinendum se præparat: nam, ut ait Hugo, illi dicuntur hic beati, qui se reputant insufficientes, & tunc inceptisse in via virtutis. Ita dicebat David: Nunc accipi, Psal. 76. n. 11. Cum consummaverit homo, tunc incipiet, Ecclesiast. 18. n. 6. Post me ingredi non cessabis, Jerem. 3. n. 9.

Tertio, In sententia D. Chrysostromi, Euthymij, Theophylacti, Hugonis, Cajetani, iustitia sumitur hoc loco pro speciali virtute, quæ unicuique, quòd suum est, reddit, ac proinde, ut rectè considerat P. Didacus de Celada in cap. 2. f. diu. § 18. num. 68. Christus Dominus hortatur hic homines, ut sint humiles, mites, & pacifici, & ut habeant desiderium iustitiæ; hoc est, reddendi unicuique, quòd suum est; aded enim difficile iudicat, iustitiam re ipsa exercitam, ut saltem desiderium illius hic primò postulet. Pertinetatem, mansuetudinem re ipsa exercitam exigit; at iustitiæ desiderio tantum contentus est, & ad iustitiæ desiderium adhortatur. Valde enim difficile, quòd perfecta iustitia in hoc sæculo habeatur.

Quartò, Famem, vel sitim pati, nullus habet, nisi erga se ipsum, & in se; nam charitas potest urgere nos, ut altari subveniamus per adjuvamen, consilium, ac opera misericordiæ; sic & correctio fraterna, sic & pacificatio, sic & alia virtutes; at famem, & sitim tenere nullus habet, nisi in se, & erga se ipsum. Christus Dominus ait, Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam; hoc est, qui habent famem, ac sitim erga se, & ipsam iustitiam volunt, & appetunt, quòd in se suisque rebus observetur ac interveniat. Aded enim difficile est, quòd quilibet in suis non refugiat iustitiæ rigorem; sed potius ampliat; ut Christus huiusmodi desiderium, beatitudinis nomine condecoraverit.

Valde consideratione dignum est, quòd excluduntur tres Tribus seniores, & eligitur Tribus Juda in regnum. Sed unde supremi regni fastigium promeruit? Cum Thamar duceretur ad comburendam, misit ad Judam accepta munera, quæ erant amoris pignora. Qui agnitis muneribus, ait, Iustus est, quam ego, quia non traxi eam Sela filio meo, Gen. 38. n. 26. Septuaginta: Iustificata est Thamar, quam ego. Se criminis reum fatetur, ac supplicio obnoxium, & Thamar absolutum. Meritò ergo ad apicem regni evehitur progenies ejus, qui se communibus iustitiæ legibus altèctum, ac penam dignum agnoscebat. Idorus Pelusota lib. 2. Epistol. 48. Judas, ait, qui quartus erat, propter integritatem iudicium, ac rectam sententiam, regiam dignitatem obtinuit, quoniam enim plerique delicta sua occultantes alios

alios conaemant; hic autem se ipsum condemnavit, & inique, quæ stuprum commiserat, supposito, & cruciatu liberavit, ob eam causam hand injuria regiam dignitatem esse affectus.

177.

1. Reg. 13.

Regna promeretur, qui nec a se, nec a suis iustitiam excludit.

Carthuf.

Non expectato Saul Samuelis adventu obtulit sacrificium, ob quam causam indignatus Dominus comminatur ei, quòd regnum suum ultra non sit conflurgendum, sed dividendum ab eo, 1. Reg. 13. n. 13. Postea verò sequenti c. 14. num. 47. de iplo dicit, quòd Saul confirmato regno super Israhel pugnabat adversus inimicos suos. Sed si regnum erat jam ex Dei consilio, ac decreto divinum ab eo, quomodo dicitur confirmatum, & stabilitum? Immediatè antea in iplo c. 14. antequam regnum Saul dicitur confirmatum, narratur in historia, quòd cum Saul intelligeret quoddam juramentum suum, ut nullus comederet panem neque ad vesperam, esse violatum, iustitiam dare super se, & super filium suum Jonathan, ac super omne populum, ut si quis esset reus comprehensus, moreretur; merito ergo, quamvis regnum jam esset alienatum ab eo, tunc dicitur confirmatum; qui enim æqualiter se, & suos, ac quemlibet alium de populo subicit, ac submitit rigori iustitiæ, dignus est, qui omni regali decore confirmato tunc nobilietur, ac extollatur. Qui cum esset Rex, iustitiam à se, ac filio suo non ablegavit; sed potius exercere decrevit, optimo jure tunc Rex habetur: De hoc factò Saulis, ait Carthusianus. Per hoc, quòd Saul proprio filio noluit parcere, Prælati, ac iudices insurruntur, sine personarum acceptione iustitiam exercere.

Matth. 5. n. 7. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

VERSIONES.

- Syracus. Quoniam super eos futuræ sunt misericordiæ.
D. Aug. serm. 1. Quoniam ipsorum misericordiam dabitur Deus.
S. Leo in festo omnium Sanctorum. Quoniam ipsi misericordiam afficientur.
D. Hilarius. Ipsi misericordiam præstabit Deus.

EXPOSITIO.

178.

Cajetanus.

Classa iustitia sit affectio a misericordia. Jacob 2. D. Thom.

JUSTITIA jungitur misericordia, quia opus nostrum erga proximum, ut ait Cajetanus, si est debitum, est ex iustitia, si autem indebitum, ex misericordia est. Et opus iustitiæ affectatur misericordia, quæ illius rigorem temperat, & demulcet. Unde eleganter ait Glossa; Jstia a lumen est misericordia. Nimium jus, nimia injuria: ne ergo iustitia suos præscriptos terminos transcentat, à misericordia dirigatur. Jacob. 2. n. 13. Superexaltat autem misericordia iudicium. Unde ait D. Thomas; iustitia sine misericordia, crudelitas est; & misericordia sine iustitia, mater est dissolutionis; & ideo oportet, ut utraq; coniungatur, Prov. 3. n. 3. Misericordia, & veritas non te deserant.

sine iustitia, mater est dissolutionis; & ideo oportet, ut utraq; coniungatur, Prov. 3. n. 3. Misericordia, & veritas non te deserant.

Misericors, ut notant Haymon, & Hugo, dicitur à misero corde. Beati misericordes. De electis molynis hanc misericordiam intelligendam putant D. Gregorius Nyssenus lib. de beatitud. c. 7. D. Augustinus de serm. Domini in monte S. Leo in festo omnium Sanctorum. Tamen omne misericordiæ genus hic lubintelligunt D. Hieronymus hoc loco D. Chrysostr. in inpe. b. homi. 9. D. Paschasius lib. 3. in Mat. b. Theo. hylactus, Albertus Magnus, S. Thomas, Hugo, & alij. Et ita sub misericordia multa opera continentur. Primum misericordiam corporalem proximi per elemosinas sublevare. Secundò fratri tuo laboranti ignorantia, peccato, vel afflictione, succurrere consilio, directione, ac consolatione. Tertio magis autem misericordiam, misero prævenire, quæ, ut subveniat. Quatò subtrahere tibi commoda, & necessaria, ut alius elargiaris. Quintò pro fratribus te vitæ ique tuam suspendere ut fecit Christus, & fecerunt Apostoli. Sextò injurias ab hominibus acceptas condonare, ut etiam præstaverunt ipsimet discipuli Domini. Nam, ut docet D. Chrysostr. citatus, vetera misericordia ad amicum, & inimicum extenditur. Septimò. Alorum miseriis compati. D. Paschasius lib. 3. in Matth. Si facultas, ait, desit subveniat, non ergo compassio miserarum verè; sed hoc quippe misericordia dicta est, ut in corde miseras aliorum nostras faciamus.

Ipsi misericordiam consequentur, eam misericordiam obtinebunt, quia à miseriis omnibus liberabuntur. Et ita ait D. August. serm. 14. de Martyribus. Fac misericordiam, ut fiat tecum. Et hoc probat Rupertus exemplo Aodæ, qui Rupertus cum haberet misericordiam in Prophetas Domini, ut eos diebus multis pasceret in persecutione Jezabel, 4. Reg. 18. n. 13. Ideo apud Eliam invenit misericordiam, ne cremaretur, sicut alij principes belli, 4. Reg. 1. n. 23. Invenit etiam misericordiam misericordes, dum æterna vita, ac gloria munerabuntur a Deo, quæ etiam dicitur misericordia, non quia meritis non conferatur, sed quia data sunt ipsa merita, quibus datur: nam, ut ait D. August. epist. 105. & lib. de correctione, & gratia, Dei dona sunt merita nostra, suæque Deus innumera coronat, dum merita nostra coronat.

QUESTIO XXV.

Quare viro misericordiæ illustri non assignetur in premium corona, vel gloria, sed misericordiæ?

IR misericors summopere placet Deo, ut omnis sacra Scriptura testatur. Cur ergo de huiusmodi viro non dicitur, quòd iuste coronabitur? Apostolus non dicit: misericordiam assequetur; sed Qui legi in cœlestibus coronabitur, 2. Tim. 2. num. 4. Nec dicit: Reposita est mihi misericordia, sed, Reposita est mihi corona iustitiæ, 2. Timoth. 4. numero 8. Respondeo ad quæstionem. Multo majus premium

Proverb. 3.

179.

Haymon. H. 120. Nyden. ugit. Leo.

Hieron. Chryost. Paschal. Theophyl. Alb. Ma. 9. D. Thom. Hug.

Quid per misericordiam intelligatur.

Chrysostr.

Paschas.

180.

August.

August.

181.

2. Tim. 2.

1. Tim. 4.

182.